

baptizet in aquis lacrimarum suarum.
De tercio nota quod quinqz modis
 dyabolus ad hoc laborat ut anima iusti
 hoies spiritualiter moriatur. Et hoc innui-
 tur in predicto euangelio ubi legitur quod hero-
 des primo misit. secundo tenuit. tercio vincit
 it. quarto incarcerationem. quinto iohannem
 in carcere decollavit. **P**rimo igitur
 dyabolus mittit satellites per temptationem
 et suggestionem. **S**eptem quippe
 peccata mortalia videlicet superbia. iracundia.
 invidia. acedia. auaricia. gula. et luxuria.
 sunt satellites ac apparitores dyabolus
 qui ad captiuandas iustorum animas
 emittuntur. **D**e istis legitur in primo
 libro. **N**isi saul apparitores qui ca-
 peret dauid. **D**auid interpretatur manu
 fortis et hinc queritur christianum quem sa-
 ul id est dyabolus misterio apparitorum su-
 orum id est septem criminum peccatorum mittit
 captiuare. **S**ecundo dyabolus tenet animam
 per consensum et delationem. **Q**uiaque enim
 fidelis homo temptatur et inquietatur a
 dyabolo in missione temptationum per an-
 gelos malos non obere ei quod dominus non
 sentit et delat in eis. sed moritur ut con-
 sentire cepit et delatari capit et tene-
 tur manu dyabolus. **H**inc est quod quilibet
 fidelis moneatur. **1**o. **O**ibus diebus
 vite tue in mente habeto dominum et caue-
 ne peccato consentias. **T**ercio dyabolus vincit
 et ligat animam per peccati permissionem. **P**ec-
 cata enim sunt vincula et cathene dyabo-
 li quibus quod deiformis peccatores vincuntur.
Quidam enim sunt quorum pedes et
 crura peccatis quasi quibusdam compedibus
 vincuntur utpote choristatores et illi qui
 noctibus vadunt ad furta committere.
De quibus dicitur **1**o. **F**ilij
 nati sunt dixerunt peccatores vni

165
 nobiscum insidiamur sanguinem omnem
 fratris nostri sub stercora repiemus et implebimus
 domos nostras spolijs fortis mitte nobis
 sicu marubiu vnu sit omni nrin. fili
 mi ne ambules cu eis. pedes em eo
 ru ad malu arrunt. **D**e istis compedibus
 dicitur in psalmo. **H**uiliauerunt scilicet demo-
 nes in pedibus scilicet sanctorum pedes eius vi-
 delicet peccatoris. **A**lij sunt qui circa ven-
 tre et femora ferreis vinculis alligantur
 videlicet gulosi et luxuriosi. **A**d
 istos dicitur psalmo. **S**i abstuleris de
 medio tui cathenam requiem dabit tibi
 dominus deus sempiternus. **Q** gulose
 et o tu luxuriose quorum deus ventus est. si
 gula et luxuria quibus quasi quadam duam
 cathena ligamini de medio vni ab-
 stuleritis requiem vobis conferet dominus
 sempiternam. **A**lioquin in eterna tormenti
 precium vbi vnus hore malicia
 oblivione faciet maxime gule et lux-
 urie. **T**ercij sunt quorum collum et fauces
 graui vinculo constringuntur et ligantur
 videlicet illi qui turpiter et immunde lo-
 quuntur et qui detrahunt et peierant et
 blasphemant. **A**d tales dicitur dominus psal-
 mo. **S**olue vincula colli tui captiua
 filia syon. **Q**uarti sunt quorum manus
 et brachia sunt vinculis ferreis alli-
 gata videlicet fures raptores incen-
 diarij vsurarij falsarij et illi qui cum
 tessibus et globis ludunt et breuiter
 omnes illi qui cum manibus et brachijs
 opa iniquitatis exercent. **E**t certe ta-
 les indigent ut contingat eis sicut con-
 tigit petro ut videlicet visitentur ab
 angelo magno consilij ihesu christo et sic ca-
 dant cathene de manibus eorum. **Q**uar-
 to dyabolus peccatores incarceratione per peccati
 assuesfactionem. consuevit nempe peccati